



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Caroli Scribani[i] Amor Divinvs

Scribanius, Carolus

Mogvntiæ, 1616

Amori.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46242](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46242)



AMORI



Am cui alteri a-
morem quàm
amori, diuino
diuinum? & nõ
peccem in cælum terram-
que qui extra Amorem
quæram amorem? à quo
vbera nisi à matre? & non
omnis amor ab Amore
magno tamquam à ma-
tris vtero & vbere fluxit?
tibi ergo, Amor meus, a-
): (2 moris

moris mei diuæ genitrici
me meaq; debeo, voueo.
Tibi amica hæc suspiria
anhelo trahuntur pecto-
re. tibi fluunt, tibi bibun-
tur amoris lacrymæ. Pro-
cul hinc pocula, à quo-
cumq; autumnò aut ma-
nu propinata. Fellea mihi
sunt quæ non veniunt ab
Amoris diui pocillatoris
mei dextera. Ab amati
fonte currite lacrymæ: fe-
licique circumuolutione
æterno fluxu haustuque
fundantur bibanturque
lacrymæ. Tibi has Amor
meus

meus sacro, quæ à locu-
plete vena tua fluxerunt
tibi. Tibi quidquid hic
sudorum copioso stillici-
dio cadit. Quidquid san-
guinis dextera tua vulne-
ribusque manat meis. Ti-
bi hæc sudorum, lachry-
marum, sanguinis, amica
natant balnea. Aspergere
Amor meus, lauare. Ni-
mis fors frigent exsudata
balnea? habes elacryma-
ta. Nimis hæc tepent? ha-
bes à sanguine calentia.
Nimis hæc æstuant? mit-
te hos algentes, tepentes,

): (3 æstu-

æstuantēs fontes, & ha-
bebis qualia ab amante a-
mica sperare possis & de-
beas, balnea diuis mani-
bus tuis alumnata, & ad
tubas tympanaq; tua læ-
tabunda. Tibi hic etiam
amoris tenduntur retia,
& quidquid de venatio-
ne primum vltimúmq;
sacrum esto. Nemo hæc
profanus tangat. Tibi hic
calcantur torcularia mu-
sto suo grauida. Bibamus
& inebriemur Amor me-
us. Diuæ ebrietas, optan-
da temulentia, felix eru-
ctatio.

ctatio. Tibi calent in-
æstuentes melioribus i-
gnibus foci. Tibi felicio-
re candēt fornaces flam-
ma. Tibi fortunatioribus
gemunt mensæ ferculis
lassatæ. Tibi medica mis-
centur pocula cælo repo-
nenda. Tibi fumant aræ
thuræque, & odoratus
perpluit imber. Tibi de-
mum hæc anima immo-
ritur, viuit tibi, quin
& post funera viuet ti-
bi. Tibi ergo amicum
hunc rorem, non vna de-

):(4 fuda-

sudatum aurora, æternum, ut debeo, sacro dicoque. Fruere æternum amor meus. Tantum concede ut & ego æternum diuinis tuis fruar nexibus. Ne contemne; dona tua sunt, à cælesti aurora tua derorata. Ne sperne; à diuina nube tua omnis hic cadit imber, à rupe tua saliant hi fontes, à fonte tuo fluunt hi torrentes flumináq; , mariaque ab his nata tua sunt. Fruere Amor meus munificentissimæ dexteræ tuæ

tua: æternaturis: donis.

Quæ æterno tibi sacra-
mento, æternùm di-
co, voueóq; æter-
nùm.



):(s SYL-